

revelatio enim cum sepe ex hac revelatione perveniret, aut saltem perveniri possit in cognitionem peccatoris: hinc consequitur ut prohibito uno & aliud prohibito censetur per supradicta. Quin imò si accurate expendatur textus in dicto 36 cap. *Omnis*, apparebit prohibitam esse revelationem peccati etiam si exinde non sequatur manifestatio conscientis: nam ibi permittitur revelatio peccati in casu speciali duntaxat, videlicet cum Sacerdos indiget prudentiori consilio; & nunc ita demum si cautè hoc fiat & sine ulla expressione personæ, ut patet ex littera, in *vers. Sed Si*. Ergò per locum à speciali extra illum casum prohibita est revelatio peccati etiam si fiat cum cautela Navari & sine ulla expressione personæ, alioquin si in omnibus casibus liceret indistinctè revelare peccatum cautè & persona peccantis non expressa; ineptè Concilium permisisset ut liceret revelare peccatum cautè & sine expressione personæ in uno casu duntaxat, id est cum Sacerdos eget prudentiori consilio. Ergò in illo casu, in aliis censetur prohibita, cap. *Ex tuarum* & ibi, gloss. *final. de auctor. & usu fact. gloss. ultim. in fin. & DD. in cap. Nonne, de presump.* Et per has consideraciones puto salvari posse opinionem Abbatis, non autem per illam, quam ipse ponit tertio loco, videlicet, quia Sacerdos scit peccatum, sicut peccatorem tanquam Dei minister: hæc enim ratio congruit tantummodo violationi sigilli Sacramentalis jure Divino prohibita, sed Ecclesiastico tantum 38 interdicta est, ut ex dictis constat. Et ex hoc fœdere distinctionis puto Concilium posse differere opiniones. Ceterum quoad penam depositionis ab Ordine Sacerdotali & perpetuè detractionis in Monasterium, que in prædicta Decretali, *Omnis*, imponitur Sacerdoti, qui peccatum in penitentiali judicio sibi detectum præsumpserit revelare; nimis esset rigor ut in eam indistinctè incidere quilibet Sacerdos, qui diceret se peccatum aliquod audivisse in confessione, licet nullo modo proderet peccatori. Imò Navari. 39 in d. cap. *Sacerdos*, num. 80. de penit. dist. 6. opinatur hoc nonnumquam fieri posse cum fructu, puta si aliquis in sui excusationem, vel aliorum accusationem contenderet talia, vel talia peccata, vel tales circumstantias ab aliquibus non solere in confessione aperiri, tunc enim Sacerdos, qui assereret imò id solitum esse, sibi que illa frequenter in penitentia opera fuisse cum fructu loqueretur secundum Navarum. Et quamvis hæc theoria mihi non probetur, quia Sacerdos pro errore proximi consultando, aliis mediis uti debet, quam revelatione circumstantiæ sibi detecte in Sacramento Penitentia, sicut Clemens VIII. in Decreto edito 40 super casum reservatione dixit diligentissimè cavendum esse à Superioribus regularibus, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem

gubernationem utantur, tamen Sacerdos, qui Navari doctrinam servaret, utique peccandus non esset gravissima illa pena depositionis & detractionis ad modum penitentis simoniaci & hæretici, ut in cap. *Quantum, de simon. cap. penult. de hæret.* & notat in prædicta Decretali, *Omnis*, Joan. Andr. in extremis verbis. Cum præsertim Concilium utatur verbo illo, *presumpserit*, quod includit eos, tantum qui dolo & temeritate, non autem eos, qui per simplicitatem & aliquid probabili ratione ducunt in legem committunt, ut tenet Cardin. in Clement. 1. *quasi. 39. de privileg.* ad quod plura de more cumulat Tiraquell. *de pan. conf. 43.* Quare existimo ex hoc relinquendum esse arbitrio iudicis, qui facti circumstantiis maturè perpensis iudicet, an huiusmodi pena sit exequenda, vel potius temperanda; secundum ea, qua generaliter adnotavit Henr. Boich. in cap. *In Archiepiscopatu*, col. 2. *vers. Et in hac causa consideratione de raptor.* & Iulius Marian. Socin. in cap. *Licet à num. 22. de penit.* Præcipua autem ratio habenda esset causa revelationis: præsertim quia Concilium in prædicta Decretali, *Omnis* instr. eod. quamvis exprimat tantummodò casum, cum Sacerdos prudentiori consilio indigerit; per hoc tamen non videtur excludere alios casus similes: tam exceptio in uno casu non firmat regulam in contrarium in aliis casibus, qui sunt similes exceptis, etiam si sibi non reperitur spectifice excepti, textus est in cap. *Cum dilectis*, ubi hoc notat. Abb. num. 6. *de confirmat. util. vel inutil. gloss. in l. fin. in verb. Voluerit, C. de revocan. donat. Alexand. conf. 120. in causa num. 6. vers. Nec obstat si dicitur, lib. 4.* Ubi amplius hoc procedere, etiam si exceptio adjecta sit dicitio taxativa. Undè si penitentem confiteretur casum Episcopo reservatum & Sacerdos non haberet facultatem absolvendi ab illo casu, nec Episcopus vellet eam generaliter impertiri, sed in casibus particulatibus duntaxat; utique non esset violator prohibitionis Concilii Sacerdos qui in illo speciali casu peteret ab Episcopo hanc sibi facultatem fieri. Maxime quia in prædicto Decreto Clementis VIII. inter cætera cautum est, ut Confessorius Regularibus in singulis domibus per Superiores deputatis reservatorum absolutio committatur, quando casus occurrerit, in quo eam debere committi, ipse in primis Confessorius iudicaverit. Quod certe ad practicam deduci non potest sine manifestatione illius casus in penitentia detecti. Quod si urgeas petendam esse licentiam revelandi illum casum à Penitente; replicabimus id ipsum fieri posse, cum Sacerdos indiget prudentiori consilio. Et tamen eo casu Concilium non archavit Confessorem ad petendam huiusmodi licentiam, neque ex hac Decretali apparet Cardinalem Legatum significasse Papæ de licentia mulieris penitentis casum suppositi partus in confessione sibi detectum.



D R



# DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBUS

Idem Innocentius III. in Concilio Generali.

## CAPUT XII.

**O**Mnis utriusque sexûs fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti; & inunctam sibi penitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum: nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab huiusmodi perceptione dixerit abstinendum: alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur & moriens Christiana careat sepultura. Undè hoc salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicetur: ne quisquam ignorantia cæcitate velamen excusationis assumat. Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit iusta de causa, sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat à proprio Sacerdote: cum aliter ipse illum non possit absolvere vel ligare. Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici superfundat vinum & oleum vulneribus fauciat; diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati: quibus prudenter intelligat, quale debeat ei prebere consilium & cuiusmodi remedium adhibere, diversis experimentis utendo ad salvandum ægrotum. Caveat autem omninò, ne verbo aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem: sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione personæ, cautè requirat: quoniam qui peccatum in penitentiali judicio sibi detectum præsumpserit revelare, non solum à Sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam penitentiam in arctum Monasterium detrudendum.

## SUM MARIUM.

- 1 **C**onfiteri sacramentaliter semel in anno, ut quis teneatur, qua requisita sint necessaria.
- 2 **B**aptismus est janua, & fundamentum omnium Sacramentorum.
- 3 **E**cclēsia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus.
- 4 **P**enitentia ante adventum Christi non erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum.
- 5 **I**nfans, furiosus vel mente captus non habens dilucida intervalla, non ligantur hoc Edicto.
- 6 **P**eccatum originale per Baptismum deletur in infantibus indistinctè; in adultis per contritionem cordis.
- 7 **P**enitentia Sacramentum dicitur secunda post naufragium deperditæ gratiæ tabula.
- 8 **P**eccatum an oporteat esse mortale ad hoc ut Penitentia Sacramentum sit ad salutem necessarium & n. seqq.
- 9 **P**eccata venialia tantum habens, non tenentur confiteri jure divino ad obtinendam justificationis gratiam.
- 10 **J**ustificatio quid sit.
- 11 **P**eccata venialia à gratia Dei non excludunt.
- 12 **E**t quamvis utiliter in confessione dicantur, tamen citra culpam taceri, & malis aliis remediis expiari possunt.
- 13 **F**allit in duobus casibus.
- 14 **P**eccata venialia tantum habens an teneatur jure positivo semel in anno confiteri ut satisfaciat præcepto Ecclesiæ & n. seqq.
- 15 **C**hristianus, qui saltem semel in anno non confitetur, est suspectus de hæresi.
- 16 **C**onfiteri semel in anno ex præcepto Ecclesiæ non tenentur illi, quibus ex gratia collatum est, ut sint immunes à peccato veniali.
- 17 **P**eccata venialia non tenentur quis confiteri semel in anno specialiter & enumeratè, sed in generali.
- 18 **H**ermaphroditus an teneatur confiteri semel in anno.
- 19 **H**ermaphroditus, qui in sexu fœmineo incalescit, non recipit Ordinis characterem, nec potest cum sœmina Matrimonium contrahere.
- 20 **P**apa an adstringatur edicto de confitendo semel in anno, & communicando in Paschate & n. seqq. ad n. 26.
- 21 **P**apa potest ligari à Sacerdote, cui se subicit in confessione.
- 22 **C**onfessio Sacramentalis ubi, quando, & à quo instituta.
- 23 **C**onfessio peccatorum omnibus post Baptismum lapsis jure divino necessaria existit.
- 24 **P**apa jus divinum usque ad animam, & sanguinem servare debet.
- 25 **P**apa non adstringitur Constitutionibus Prædecessorum etiam in generali Concilio editis vi compulsiva, sed vi directiva rationis.
- 26 **C**onfessio debet esse integræ.
- 27 **P**eccata propria duntaxat sunt in confessione aperienda, non autem aliena.
- 28 **C**ircumstantia, qua exprimi non potest sine manifestatione peccati alterius, an necessario sit confitenda.
- 29 **J**us divinum positum in concursu cedit juri divino naturali.
- 30 **P**enitens debet tacere peccatum, quod in confessione detectum sibi, vel confessori probabile damnum animæ, vel corporis vel fame inferret.
- 31 **C**lausula una secundum diversos respectus diversimodè accipitur.
- 32 **P**ueri tenentur semel in anno confiteri cum sunt doli capaces, quod ut plurimum contingit circa septennium.
- 33 **E**ucharistia in qua atote sit pueris exhibenda.
- 34 **A**norum discretionis tres gradus constituantur. Eucharistia an amentibus, & phreneticis exhiberi possit ibid. vers. An autem non habentibus.
- 35 **P**enitens debet confiteri solus.
- 36 **M**utus, vel ita æger ut loqui non possit sine periculo, aut existens alterius lingue, quam Confessor, per scripturam, vel per alium confiteri possunt.
- 37 **D**eclaratur.
- 38 **C**onfessorio absenti non licet confiteri per Epistolam, vel internumium; & contrariam propositionem ut temera.

C 4

Confessione illas tantum circumstantias que mutant speciem peccati. Quod censent S. Thom. S. Bonavent. S. Anton. Scotus, Durand. Palud. Gabr. Hadr. Turrecrem. Silvest. Covarr. & alii complures. Et hanc opinionem testatur esse probabiliorum S. Thomas in 4. dist. 16. qu. 3. art. 2. qu. 5. & S. Bonavent. dist. 17. art. 2. qu. 3. num. 133. veriorum Silvest. in ver. Confessio, n. num. 10. Item veriorum Collect. hic n. 12. in fine, communionem & probabiliorum Navar. in Man. cap. 6. num. 6. vers. Inferitur octavo, ubi ostendit oppositam sententiam esse multis difficultatibus, serupulis & periculis obnoxiam; & pluribus hanc partem tueri. Cui hodie aperte suffragatur Concilium Tridentinum sess. 14. de penit. Sacram. c. 5. ubi S. Synodus docet eas circumstantias in confessione explicandas esse que speciem peccati mutant, in quod sine illis peccata ipsa neque a penitentibus integre exponantur nec iudicibus innotescant & fieri nequeat, ut de gravitate criminum recte censere possint & poenam quam oportet pro illis penitentibus imponere: & cap. 7. Si quis dixerit in Sacramento Penitentiae ad remissionem peccatorum necessarium non esse Iure Divino confiteri omnia & singula peccata mortalia, &c. & circumstantias que peccati speciem mutant; anathema sit. Quo decreto non obicere circumstantias que peccati speciem mutant, videtur omnes alias ab huiusmodi obligatione excludere, argum. l. Cum ita legatum, ff. de condit. & demonstrat. l. Cum lex, de legib. & l. Maritus, Cod. de procur. tum quia cum hic tradat doctrinam de integritate confessionis sacramentalis, doceatque necessarium esse confiteri omnia & singula peccata & circumstantias que peccati speciem mutant; utique supponit alias circumstantias ad integritatem confessionis non pertinere; alioquin doctrinam non integram tradidisset & reliquisset indefinitum articulum tantopere necessarium unicuique fidelium ad remissionem peccatorum obtinendam, quod non est dicendum.

50 Ceterum sub nomine circumstantiarum que peccati speciem mutant, Concilium videtur intelligendum etiam de illis circumstantiis, que de bono vel indifferenter faciunt mortiferum vel de veniali mortale vel speciem unius mortalis in aliam mutant, ut fusc explicat Navar. in Man. d. c. 6. n. 3. vers. Et quamvis predictum Concilium.

51 Decimo nota hic, qui peccatum, Sacerdotem incidere in penam hic statutam non tantum revelando peccatorem, sed etiam peccatum in confessione sibi detectum: quod secundum Abb. hic n. 8. in ult. notab. est contra simplices qui afferunt peccatum impune posse revelari, sed non peccatorem. Hunc articulum plene examinavi, in cap. Officii supra eod. ubi videas.

52 Ultimo nota confessionem sacramentalem esse faciendam proprio Sacerdoti daturaxat, non autem alieno, nisi de proprio Sacerdotis licentia petita & obtenta, concordat cap. 2. infra eod. lib. 6. de dicunt DD. hoc esse intelligendum non solum cum quis confitetur semel in anno ut satisfaciatur precepto Ecclesie, sed etiam pluries, ut hic per Abb. in 7. notab. Et bene, quia confessio sacramentalis est actus iudicialis, non autem nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata, ut est definitum a Concilio Tridentino, sess. 14. de Sacramento, Penit. can. 9. Natura autem & ratio iudicii postulat ut sententia in subditos daturaxat feratur, cum non a suo Iudice ligari nullus valeat, vel absolvi, cap. Quod autem supra eod. cap. Et si Clericus de iudic. l. 1. Si non a compet. iud. cum suis concordant.

53 unde persusum semper in Ecclesia Dei fuit & Tridentina Synodus verissimum esse confirmavit dicta sess. 14. cap. 7. nullus momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum profert in quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem.

54 Dicitur autem proprius Sacerdos, cui cura Parochialis Ecclesie est commissa sive sit rector, sive Vicarius, cap. 1. & fin. supra de offic. Vicar. cap. Quia nonnulli, de Cleric. non resident. secundum Host. hic num. 12. in verb. proprio; & cura est vigili & onerosa ac sollicita custodia animarum commissa alicui ut curet ne pereant, sed salventur que competit ex lege vel commissione Canonica, aut consuetudine, sed prescriptione per Sedem Apostolicam non improbat, cap. Intelleximus, §. fin. supra, de arat. & qualitat. cap. 1. de offic. Archiepiscopi, cap. unico, de offic. Primicer. cap. Prohumani, de homicid. lib. 6. cap. Qui Episcopatum, §. qu. 1. & ita curam magistratraliter deservit & per partes explicat Host. n. 13. & Joan. Andr. n. 8. circa fin. vers. Aut quavis de secundo, Cardin. num. 5. Mar. Soc. n. 29.

55 In specie autem proprii Sacerdotis nomine preter Presbiterum Parochialem intelliguntur Papa qui est Maximus & Summus Sacerdos, Legatus in Provincia & ejus Penitentiarum, Episcopus & illius Vicarius Generalis & Archiepiscopus Majoris Ecclesie, nam unusquisque ex predictis Sa-

cerdos proprius immediate dicitur; & sic si ab altero ipforum obtineat quis licentiam sufficit, ut hic notant Host. n. 22. in verb. a proprio Sacerdote, Joan. Andr. num. 12. in eodem verb. Henr. Boich. & Card. loco cit. Ancharan. in 7. notab. & Marian. Soccin. n. 30. plenius idem Host. in summa eodem titulo. §. Cui confitendum, Joan. Andr. & Doctores in capite 3. §. Confessiones, supra de Offic. Archiepiscopi.

56 Regularis vero habent licentiam audiendi confessiones secularium a Papa & sic a proprio & summo Sacerdote ut in Clem. Dudum. §. Statuimus, de sepultur. & consequenter qui illis confitentur satisfaciunt precepto Ecclesie de quo hic, nec tenentur iterum confiteri Parochiali Presbitero, ut est text. in Extravag. Vas electionis, de haret. ubi damnatur error Joannis de Polico Doctoris Parisiensis qui oppositum adhibebat.

57 Regularis vero habent licentiam audiendi confessiones secularium a Papa & sic a proprio & summo Sacerdote ut in Clem. Dudum. §. Statuimus, de sepultur. & consequenter qui illis confitentur satisfaciunt precepto Ecclesie de quo hic, nec tenentur iterum confiteri Parochiali Presbitero, ut est text. in Extravag. Vas electionis, de haret. ubi damnatur error Joannis de Polico Doctoris Parisiensis qui oppositum adhibebat.

58 Imo cum Archiepiscopus Salernitanus dubitasset an posset Episcopus mandare ne quis tempore Paschatis confiteretur Fratrum Mendicantium, nisi de proprio Parochi licentia iuxta textum hic attenta Constitutione Sixti IV. que incipit Vices illius de treng. & pace, in Extravag. Comment. 1. vocati fuerunt Fratres Observantes S. Francisci & cum exhibuissent compendium privilegiorum suorum, pag. 2. vers. Joannes XXII. a tergo apparuit Regularibus illis datam facultatem audiendi confessiones etiam tempore Paschatis; & ita censuit Sacra Congregatio Concilii ex eo loco necessario inferri.

59 Hodie ex decreto Concilii Tridentini cap. 15. sess. 23. nullus Presbiter etiam Regularis potest confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputatur, nisi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopo idoneus iudicetur. Unde eo decreto sublata est dispositio textus nostri in ea parte in qua statuit ut Sacerdos alienus possit audire confessiones de licentia Parochialis Presbiteri; hodie enim in Sacerdote non Parocho huiusmodi licentia non sufficit, sed requiritur licentia & approbatio Episcopi. Item eo Decreto est sententia S. Congregationis restringitur quod statutum fuerat in d. Clem. Dudum §. Statuimus, nempe ut Regularis approbatus ad audiendas confessiones a suis Superioribus possent audire confessiones secularium etiam sine licentia Ordinarii sui tamen illam petissent & sine iusta causa ab ipsis non obtinissent.

60 Veruntamen decreto d. cap. 15. non comprehenduntur Regulares ratione suorum subditorum Regularium, ut S. Congregatio respondit; ex cuius etiam sententia Prelati Regularis, sive alii Religiosi confessores audire possunt confessiones secularium, qui sunt de familia & continui commensales; non item eorum qui deserviunt in eorum Monasteriis; ad hoc cap. 11. in princ. sess. 25. de Regular.

61 Et cum Fratres Monasterii S. Dominici de Lugo Imol. Diocesis declarari potuissent, an ipsi liceret, presertim ex suis privilegiis, audire confessiones virorum & mulierum Professorum Tertii Ordinis S. Dominici, etiam in Paschate Sacramentum Eucharistie ministrare, Viaticum præbere, atque extremam Unionem ministrare. Sacra Congregatio consideravit præsupposito quod huiusmodi professi eodem iure censentur cum aliis Professis Tertii Ordinis S. Francisci de quibus in gloss. in Clem. Cum ex eo de sentent. excommuni. eorum non esse aliquam Religionem, sed modum quemdam vivendi approbatum a Sede Apostolica, nec dici plene transilias ad Ordinem, ita ut deinceps esse de seculo, Card. in Clem. Per litteras, num. 9. de præbend. Quod cum ita sit, non magis horum quam aliorum secularium confessiones predictos religiosos audire possit, iuxta cap. 15. sess. 23. ubi privilegia quibuscumque derogatum est & amplior derogatio habetur in Bulla Pii IV. revocatoria omnium privilegiorum sub quibusvis formulis in his que Sacro Tridentino Concilio sunt contraria: ex quo sequitur tales Religiosos non esse proprios Sacerdotes horum professorum; ac proinde non posse eisdem Sacramentum Penitentiae vel Eucharistie in Paschate ministrare, iuxta cap. Omnis utriusque sexus de penit. & remiss. idemque iuris esse de Viatico: siquidem precedente confessione exhiberi debet, cap. 7. de præpar. cap. adhibenda est, &c. sess. 13. in decreto de sanctissimo Eucharistie Sacramento de extrema Unionem non esse iudicium Congregationis, sed tamen constare ejus administrationem sicut aliorum Sacramentorum pertinere ad Parochum de cuius Parochia dicitur esse tales professi, nisi speciali privilegio sint exempti.

62 Porro Regularis qui Clericus aut laicus Sacramentum Unionem extreme vel Eucharistie ministrare Matrimoniove solamizare presumunt non habita super his Parochialis Presbiteri licentia speciali, sunt ipso facto excommunicati per Clem. Religiosi de privilegi.

63 Quæro, an Monachi ad confessiones personarum secularium audiendas a suis tantum Superioribus Regularibus ap-

probat in locis in quibus iidem Superiores utramque jurisdictionem in Parochos & Parochianos exercent, possunt Audire confessiones consentientium ex aliena Diocesi.

Ad hoc dubium quod adversus Monachos Calinenfes propofuit S. Congregatio Concilii D. Vulpus Archiepiscopus Theatinus, videtur affirmative respondendum, nam aut Archiepiscopus contemdit Regularis etiam legitime ab Ordinario approbatus ad confessiones secularium audiendas non posse in loco ubi sunt approbati, audire confessiones alterius Diocesis. Aut contemdit Monachos Calinenfes non posse approbati ad confessiones secularium audiendas a suis Superioribus Regularibus, sed debere a seipsis approbati, cum intra foz Diocesis fines exsistant.

70 Si primum videtur respondendum dictos Regulares posse audire confessiones etiam Diocesanorum Archiepiscopi, quia etiam de iure communi nullus Sacerdos possit absolvere penitentem sibi non subditum, etiam in illa Diocesi in qua est approbatus, ut per DD. in Clem. Dudum de sepul. ubi in specie post Paul. non. Card. n. 2. vers. quinto nota, & Anchar. num. 2. vers. Tertio dubitatur; 71 Imo nulla possit conclusio induci, ut aliquis præter sui Superioris licentiam confessionem sibi eligere valeat, ut legitur in cap. 2. de penit. & remiss. lib. 6. etiam si tantum temporis cuius initium non extat memoria, ut hic tradit Gemio. col. 1. vers. Quæro circa secundum & Franc. col. 1. vers. Tertio nota.

72 Aliud tamen videtur dicendum in casu præsentis cum Monachi Congregationis Calinen. ab Ordinario approbati ex privilegio Eugenii IV. possint audire confessiones alterius Diocesis, etiam in ipso Episcopo. Potuissent autem Summum Pontificem tribuere hanc facultatem, admittunt omnes sine delectu in hac Decretali: & dicit Franc. in d. cap. 2. vers. Tertio nota, in hoc esse majorem potentiam privilegii, quam consuetudinis; & probatur aperte in c. fin. infra eod. Imo contrarium opinionem uti erroneam & periculatam in fide damnavit Joannes XXII. in Extravag. Vas electionis de haret. ut dixi supra, n. 57.

73 Neque verò dicto privilegio Eugenii IV. quidquam obtinet Concilium Tridentinum cap. 15. sess. 23. nam hic tantum disponitur non posse Regulares secularium etiam sacerdotum confessiones audire, nisi fuerint legitime approbati. An autem quando sunt legitime approbati possint in loco, ut approbati sunt, audire confessiones alterius Diocesis necne, hoc hic Concilium non declarat. Atque ita Concilium d. c. 15. nihil statuisse de hoc casu supponit clarè Navar. in repet. cap. Piacui, n. 43. de penit. dist. 6. ubi dicit per d. c. 15. non adim secularibus potestatem deligendi confessorum probatum, quamvis aliqui esset alienus; ideoque & alius cum in Sacra Congregatione fuisset disputatum, an exempti, qui ex privilegio, cap. fin. de penit. & remiss. possint etiam in aliena Diocesi confiteri Sacerdoti sibi non subdito possint post Concilium eligere quemcumque Sacerdotem etiam ab Ordinario non approbatum; Congregatio censuit referendum Sanctissimo. Et Sanctitas sua audientia relatione Congregationis non revocavit in dubium, an possint confiteri Sacerdoti non subdito, sed tantum respondit huiusmodi, Sacerdotem oportere esse ab illius Ordinario approbatum. Atque ita Sanctissimus probavit privilegium ante Concilium obtentum de confitendo Sacerdoti extra Diocesium non fuisse a Concilio sublatum, dummodo idem confessorius fuerit alias legitime approbatus a suo Ordinario.

74 Observandum est enim ante Concilium unicum fuisse impedimentum, quia nemo poterat confiteri alieno Sacerdoti sine proprio Sacerdotis licentia, ut patet in hac Decretali, sed hodie ex Concilio additum est alterum in d. cap. 15. sess. 23. id est ut nemo sit idoneus ad confessiones secularium audiendas, nisi Parochiale beneficium habeat vel sit approbatus ab Episcopo. Et quidem primum impedimentum de non eligendo Sacerdote alieno remanet in dispositione juris communis: ideoque potuit tolli per privilegium ante Concilium, quia Concilium non sultulit nisi privilegia que adversantur impedimento a se imposto non autem que adversantur dispositioni juris communis. Quare ut Monachi Calinen. non approbati ab Ordinario audiant confessiones, regnant Concilium in d. cap. 15. Ut approbati audiant confessiones sibi non subditi, non Concilium, sed jus commune regnat. Impedimentum Concilium non adit, quia Monachi Calinen. hoc casu possunt approbati a suis Superioribus Regularibus ad confessiones personarum secularium audiendas, nec est opus approbatione Episcopi, ut inferri debet. Impedimentum juris communis est sublatum privilegio Eugenii IV. Ergo nihil eis obstat quominus possint penitentes sibi non subditi confessiones audire.

75 Sin autem Archiepiscopus contemdat dictos Regulares non posse approbati ad confessiones audiendas a suis Superioribus Regularibus, sed debere a seipsis uti Diocesano approbati; adhuc nihil videtur obitare, quin Monachi predicti in locis

ut supra, sibi subiectis possint audire confessiones alterius Diocesis, quamvis enim etiam subditi inferiorum exemptorum licentiam audiendi confessiones petere ab Episcopo debeant, ut scriptis censuit S. Congregatio & præcipue in causa Feretrana: hoc tamen non procedit in illis Monasteriis Congregationis Calinen. quorum Abbates in locis suis sibi subiectis utramque jurisdictionem exercent in Parochos & Parochianos, ut probatur aperte in cap. 11. sess. 25. de regular. ubi in Monasteriis quibus imminet animarum cura personarum secularium, tam seculares quam regulares huiusmodi curam exercentes, subijciuntur immediate jurisdictioni Episcopi Diocesis in his quoad dictam curam & Sacramentorum administrationem pertinent; & statuitur non aliquid etiam ad nutum amovibile ad dictam curam deputentur, nisi de consensu Episcopi & prævio illius examine. Ac deinde in vers. Excepto a dicta regula excipiuntur specialiter Monasteria seu loca in quibus Abbates Episcopalem ac temporalem jurisdictionem in Parochos & in Parochianos exercent.

76 Quamobrem si Monachi in predictis locis non subint Episcopo in concernentibus omnium Sacramentorum administrationem & deputari possunt ad totam curam animarum exercendam sine illius consensu & examine; ergo nec eidem subint, nec egent illius approbatione pro administratione solius Sacramenti Penitentiae, nam a quocumque remouetur genus, remouetur quilibet ejus species juxta textum in cap. nam concupiscitium quem ad hoc poeditur Joan. de Imola de consil. & in l. Si causa cognita, iuncta gloss. in verb. Penitenti Cod. de transact. & quod juris est de toto quoad totum &c. l. Quæ de tota in franc. ff. de rei vendit. & cap. Pastoralis §. Item cum totum ubi gloss. & DD. notant de præscript. cum concord.

77 Et confirmatur, quia strictius subijciuntur Episcopo regulares curam animarum administrantes, quam administrantes solum Sacramentum Penitentiae.

78 Siquidem primo casu puniri possunt ab Episcopo si delinquant in concernentibus curam animarum & Sacramentorum administrationem, ut constat ex d. cap. 11. At in secundo regulares non curati delinquentes in administratione Sacramenti Penitentiae puniri non possunt ab Episcopo in vim Concilii, ut scriptis Sacra Congregatio declaravit, licet hodie puniri possint in vim Constitutionis Gregorii XV. de exemptor. privit. Ergo si Monachi in casu in quo magis subint Episcopo pro exercenda cura animarum in locis ubi utramque jurisdictionem exercent, non egent illius approbatione; longe minus dicendi sunt egere huiusmodi approbatione in casu in quo minus subint pro confessionibus audiendis a que ita cap. 15. sess. 23. limitatur ex d. c. 11. sess. 25. i. reg.

79 Unde tempore Cardinalis Aleiat. cum Abbi Monasterii S. Elze de Carbono Anglonen. Diocesis exercens utramque jurisdictionem in Parocho & Parochianos dicitur oppidi dubitasset ad Presbiteri ejusdem oppidi ab Episcopo Anglonen. approban. deberent ad confessiones audiendas ex c. 15. sess. 23. An verò ab ipso Abbate ex cap. 11. sess. 25. de regul. S. Congregatio censuit mittendum simplicem libellum ad Episcopum, contra quem tamen inclinavit: Tempore verò Cardinalis Carafe, cum Milites S. Joannis Hierosolimitani habentes in oppido Muraggi jurisdictionem temporalem & spiritualem dubitarent an ipsi prohiberentur in eodem oppido Sacerdotes ad confessiones audiendas approbare S. Congregatio respondit non esse prohiberentur.

80 Non obstat quod in d. cap. 11. in fine præservetur jus illorum Episcoporum qui majorem in predicta loca vel personas jurisdictionem exercent, quia de exercitio hujus majoris jurisdictionis hæctenus non docuit Archiepiscopus.

81 Succesive quæro, an regulares in aliqua Diocesi ad confessiones personarum secularium audiendas ab Episcopo approbati cum facultate absolvendi etiam a casibus illi reservatis, absolvere possint penitentes ex aliena Diocesi consentientes a casibus illi reservatis in Diocesi penitentium, non autem in qua confessiones audiunt.

82 Jam Sacra Congregatio Concilii declaravit Regulares intra Diocesim Episcopi approbantis posse etiam absolvere penitentem alterius Diocesis, cum habeant jurisdictionem a Papa ex Clem. Dudum de sepultur. ut not gloss. in c. 2. Ante figuratorem casus de penit. & remiss. lib. 6. cuius jurisdictio non restringitur ad limites alicujus Territorii, c. Cuncta per mundum q. qu. 3. Soccin. cons. 237. col. fin. lib. 2. Cravett. cons. 128. num. 2. sed universis obis est sua Diocesis, c. Per principalem ead. cons. & qu. Thomas Campeg. in tract. de Annat. institutione n. 9.

83 Non dubitatur, an similiter possint cum absolvere a casibus in Diocesi penitentes tantum reservatis. In qua dubitatione non controversatur, quominus d. c. 2. in Clem. VIII. fultulerit in regularibus facultatem absolvendi a reservatis ab Ordinariis locorum quam habent ex privile-

de proprietate Græcos qui non conferuntur sacerdoti, sed Deo in sacramento, non peccare. Et secundum hanc opinionem, quæ magis placet Abbati, & Mariano Socin. Papa non ligaretur hac Constitutione.

Verum hodie omnes huiusmodi opiniones sapient hæresim, quia à Tridentina Synodo sess. 7. de Sacram. Can. 1. definitum est: Si quis dixerit Sacramenta nova legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta, &c. anathema sit. & in specie de Sacramento Pœnitentiæ sess. 14. can. 1. Si quis dixerit in Catholica Ecclesia Pœnitentiæ non esse vere, & propriè Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labantur ipsi Deo reconciliandis à Christo Domino nostro institutum, anathema sit. A Jacobo autem Apostolo Sacramentalis confessio non fuit instituta, sed promulgata, ut docet S. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 5. ad 2. Erronea etiam est alia opinio, cujus meminit gloss. præallegata, & Marian. Socin. dict. n. 18. videlicet confessionem fuisse institutam quando Christus sanavit leprosum, & postea dixit: Ite & ostendite vos Sacerdotibus. Imò enim Dominus Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipue instituit cum à morte excitatus inflavit in Discipulos suos dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt; ut similiter est descriptum in d. c. 1. sess. 14. & can. 3. In missione autem leprosum ad Sacerdotes fuit tantummodo figura, ut per D. Thom. loc. cit. Itaque quoad questionem propositam arbitror sic distinguendum: Aut queritur an Papa post Baptismum sapiens teneatur iure divino peccata sua confiteri in Sacramento Pœnitentiæ: Aut queritur an teneatur confiteri semel in anno. Primo casu dicendum est indubie teneri, quia peccatorum confessio omnibus post Baptismum lapsis iure Divino necessaria existit, ut legitur in eadem sess. 14. de Sacram. Pœnit. c. 5. cui quidem iure Divino etiam Romanus Pontifex subiectus est: imò illud utque ad animam & sanguinem fervare debet, c. sunt quidam 25. quæst. 1.

In secundo autem casu concludendum est Papam vi compulsivam non ligari hoc precepto de confitendo semel in anno & communicando in Paschate, quia hæc formalitas & præfinitio temporis est ex Constitutione Ecclesiæ & de iure positivo Concilii Generalis, ut hic patet, Juno c. 6. Et si non frequentius de consecr. dist. 1. & apertius ex Tridentina Synodo, sess. 14. de Sacram. Pœnit. c. 5. ubi declarans hanc ipsam Decretalem: Nequis enim, inquit per Lateranensium Concilium Ecclesiæ statuit ut Christi fideles confiterentur quod iure Divino necessarium & institutum esse intellexerat, sed ut præceptum confessionis saltem semel in anno ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur; iuri autem positivo Ecclesiastico Romanus Pontifex non subijcitur, c. Proposuit de concess. præb. & est textus formalis in c. Innotuit, vers. Quomodo autem Canon. Lateranensis Concilii de elec. tenetur tamen illud servare ex vi directiva & dictamine rationis, §. Hic ita 25. q. 1. & scriptis plenè post D. Thomam & alios in c. 1. supra de Confit. & hoc intendit Joannes Andreas hic n. 1. dum dicit; illud omnis fide mente Papam includit, quia scilicet subest in eo ratio que subest in aliis, eum sit homo, ut inquit Collectar. n. 16. & quia licet non habeat Superiorem in quantum Papa, habet tamen in quantum peccator. Quæ sunt verba Silvestri in verbo Confessio 2. numero 5.

Tertio nota hic omnia, confessionem Sacramentalem oportere esse integram: concordat Decretum Concilii Tridentini, sess. 14. de Sacram. Pœnit. c. 5. & Can. 5. de hoc notatur in c. Quod quidam supra eodem.

Quarto nota hic sua, peccata propria duntaxat esse aperienda in confessione Sacramentali, non autem aliena. Dicitur enim in Psalmo 31. Confitebor adversum me iniquitatem meam Domino, ubi glossa exponit, id est peccata mea, non aliena, ut hic per Henricum Boich. col. 4. circa med. vers. si potest: unde non debet poenitens eum cum quo peccavit aliquo modo revelare vel detegere, ut faciunt mulieres impudicæ, quæ manifestant participes, secundum Abbatem hic, numero 2. & Marian. Socin. numero 3. in tertio notabili.

Quod tamen limitant Host. n. 5. in verbo Sua, Joan. Andr. n. 4. in eodem verbo, Collectar. n. 3. in fine, vers. Fallit tamen, Henr. Boich. col. 4. post med. vers. Aut non imminet & Anchar. n. 3. in 3. notab. ut non procedat si proprium peccatum non possit bene detegi absque manifestatione complicis, ut si quis cognoverit matrem, filiam vel forem, nam huiusmodi circumstantiæ sunt necessariæ in confessione aperienda, ut de Pœnitent. dist. 5. in princ. & hæc est communis Theologorum Sententia in 4. dist. 16. ut testatur Navarrus in Manuali, capite septimo, numero 3.

Sed contrariam opinionem asserit esse veriorum Navarr. ibidem; & latius in c. Sacerdos n. 95. & 96. de Pœnit. dist. 6. Præcipuum hujus sententiæ fundamentum est, quia lex de

non infamando proximum Divina naturalis est; lex autem quæ jubet confessionis integritatem, est Divina positiva: ergo poenitens debet potius circumstantiam tacere quod ad integritatem confessionis pertinet, quam famam proximi detrahere, quando alterum de duobus fieri oportet, quia jus Divinum positum in concursu cedit juri Divino naturali, ut notatur in §. fin. 6. dist.

Alterum fundamentum est, quia secundum communem opinionem de qua itidem Navarr. testatur in d. c. 7. n. 3. vers. Deinde quia, poenitens debet tacere peccatum quod in confessione detectum sibi vel confessori probabile damnum animæ vel corporis vel famæ inferret, veluti si poenitens confessoris fratrem pertraheret: illico Sacerdos existeret fratrem suum ab illo interfecitum fuisse aut si cognatum suam que filia esset confessoris carnaliter cognovisset; & si circumstantiam cognationis exprimeret, confessor suam esse filiam sciretur. His enim casibus poenitens curare debet ut sibi tribuatur facultas confitendi alteri; sed si eam impetrare non possit, reliqua omnia peccata debet in confessione aperire & unum illud reticere cum proposito illud confitendi, cum impedimentum cessaverit, secundum D. Thomam in 4. dist. 11. q. 3. art. 4. & Alfordonem. probatum à majore 2. dist. 11. q. 15. idem sentiunt Host. hic n. 22. in verbo obtineat. Joan. Andr. n. 32. & plerique alii.

Cave tamen quia Navarr. citat pro sua opinione Innoc. & Host. hic, sed ego nusquam reperi Innocentium hoc tenere in hac Decretali, & Hostiensis tenet manifestè oppositum, d. num. 5. imò fuit autor contrariæ sententiæ, prout illi eam tribuit, Joan. Andr. Collectar. & alii præallegati; unde contra Navarrum est communis sententia non tantum Theologorum, sed etiam Canonistarum. Eius tamen fundamenta valde urgent.

Quinto nota unam & eandem clausulam secundum diversos respectus diversimodè esse accipiendam: simile in cap. Cum Capella, & hic gloss. 1. de privi. & notat gloss. in cap. Capitulum Sanctæ Crucis, in verb. Relaxetis, supra de rescript. & Marian. Socin. in cap. 2. in 4. notab. de foro compet. Nam verba illa postquam ad annos discretionis pervenerit, respectu Sacramenti Pœnitentiæ intelliguntur de doli capace, ut dictum est supra, in 1. notab. quod ut plurimum contingit circa septennium, in qua etate multa peccata perpetrantur, ut in cap. 1. & 2. de delict. quæror. secundum Abb. hic num. 9. Silvest. in verb. Confessio 2. num. 4. quæst. 5. & fulius explicat Navarr. in illam. c. 21. n. 32.

Respectu vero Eucharistiæ ea verba intelligit Abb. de 33 pubere; obfervantem enim ut Eucharistia non exhibetur pueris ante pubertatem que obfervantia non est mala propter reverentiam tanti Sacramenti, ut hic per eum n. 9. vers. Et advertit. Sed Navarr. ubi supra post Majorem in 4. dist. 17. qu. 2. asserit decentem consuetudinem esse, ut pueri uao, aut altero anno prius incipiant confiteri quàm communicent, quo majori cum reverentia id faciant. Atque ita ex mente ipsorum Eucharistia pueris exhibetur circa novum ætatis annum, S. Thom. in 3. part. qu. 8. art. 9. ad 3. Simpliciter docet hoc Sacramentum posse pueris confiteri quoad jam incipiunt aliqualem usum rationis habere ut possint devotionem concipere hujus Sacramenti. Sed hic Cajet. primò advertit circa communionem puerorum & puellarum cum ad annos discretionis pervenerint juxta cap. Omnis utriusque. Judicium de initio discretionis debere à parentibus & confessore fieri: A parentibus quidem quoniam continua conversatione experiuntur an filius, seu filia sciat discernere panem spirituales à materiali; & tunc preparare se ad Sacramentum: A Confessore vero, quoniam in ipsa Confessione potest advertere quantum discretiois, aut devotionis possit inesse. Et mox subdit, nimiam cautelam à parentibus adhiberi non exponit puellas decem annorum ad communionem. Et quævis pueri ac puellæ ipsa excusari videantur ob parentum imperium, Confessore non præcipiente; parentes tamen non excusari. Verum Silvest. in ver. Eucharistia 3. num. 7. vers. Septimum. Post Petr. & Aureolum, dicit sacram Communionem dari posse pueris incipientibus habere discretionem ante perfectam ætatem puta cum sunt decem vel undecim annorum, si in eis signa discretionis & devotionis appareant; & in hoc standum esse arbitrio boni viri.

Itaque anni discretionis, de quibus hic loquitur Concilium recipiunt latitudinem & extensionem à subiecta materia, sicut ad contrahendum matrimonium & professionem emittendam de jure communi intelligitur post pubertatem cap. 2. supra de spons. impub. & cap. 1. de reg. lib. 6. Et quoad bonorum administrationem post annum ætatis vigesimum quintum, ut ff. de minor. per totum, secundum Host. hic num. 2. Joan. Andr. num. 3. Abb. num. 9. qui constituunt gradus annorum discretionis.

At autem non habentibus totalem usum rationis Eucharistia

incipit, Fide digna, edita die 8. Junii 1446. & habetur in Bullar. tom. 1. pag. 100.

Porrò Regulares habentes facultatem ministrandi Eucharistiam præterquam in die Paschatis, sicut in specie habent Fratres Minores, non prohibentur illam ministrare intra Dominicam Palmarum & Dominicam in Albis. Sed ita communicantes non satisfaciunt præcepto Ecclesiæ. Ipsa verò die Resurrectionis nec ipsi liquidum qui die Jovis Sancti de manu Parochi Eucharistiam sumperunt devotionis causa, possunt illam fumere de manu Regularium, ut Sacra Congregatio Concilii declaravit die 23. Januarii 1586.

Omittentes verò huic præcepto satisfacere non tantum mortaliter, ut per Navarr. in Manual. c. 21. n. 45. Sed etiam sunt de hæresi suspecti secundum Host. hic in princ. & Joan. Andr. num. 3. Hoc enim est signum hæresis & male creditur, ut per Franc. Peniam in direct. Inquisit. pag. 3. Comm. 24. & Monach. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. n. 17.

Cæterum quantumvis ex necessitate præcepti semel tantum in anno sit communicandum; tamen ut legitur in decreto Concilii Tridentini sess. 22. de sacros. Missæ c. 6. Oportet sacrosanctam Synodum, ut in singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quoad eos Sacrifitii hujus Sacrifitii fructus uberior proveniret. Et hoc est, quod innuit hic Concilium Lateranense in verb. Ad minus, quasi dicit bonum est pluries recipere, sed ad minus in festo Paschatis, ut explicat Abb. n. 1. in 3. notat.

An autem Episcopo præscribere certa tempora, nempe dies Dominicos, quartam & sextam feriam, quibus liceat viris laicis, conjugatis, negotiatoribus & mulieribus etiam non conjugatis sanctissimam Eucharistiam tumere ob irreverentiam quam possent quotidiana hujus Sacramenti Sumptio in sua Dialectice parere, oblitet decretum, c. 6. sess. 22. Die 9. Januarii 1577. Sacra Congregatio Concilii respondit non obitare absolute doctrinam Concilii, sed Episcopo non posse dicta tempora præscribere.

Octavo nota, hic, de propriis Sacerdotis consilio, tempus Paschale hic præfixum ad sacram Communionem satisfaciendam posse à proprio Sacerdote ex ca. fa. prorogari.

Hinc Sacra Congregatio Concilii consulta, an adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionem & Eucharistiæ Sacramenta accedere negligunt & pœnas juris utriusque sexus de pœnit. & remiss. contemnunt, liceat Episcopo etiam ad excommunicationem procedere & pro satisfactione pœnas pecuniarias pro loco applicandas injungere; & an expediat talem absolutionem Episcopo sibi reservare: Ad primum respondit licere, nisi fore de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa hujusmodi perceptio ad tempus dilata sit: Ad secundum respondit posse injungi elemosinas pro loco applicandas: Ad tertium non expedire.

Sed cum Episcopi petisset à S. Congregatione Concilii ut tempus communicandi intra Dominicam Palmarum & in Albis prorogaretur à die Cinerum ad Dominicam in Albis ob populis frequentiam, exiguum numerum Sacerdotum & necessitatem agricolarum post Pascha: S. Congregatio censuit nihil novi decernendum, cum ipse possit id tempus ex causa prorogare.

Porrò ex consuetudine in aliquibus Diocesisbus tempus Paschale extenditur ab initio Quadragesimæ usque ad decimum quintum diem post Pascha, ut testatur Henr. Boich in Summa lib. 8. c. 5. §. 1. Et in insulis Philippinis fideles ex indulto Apostolico ob Sacerdotum paucitatem & populis frequentiam quolibet anni die præcepto Ecclesiæ satisfaciunt ad viginti annos & durante necessitate judicio Episcopi, ut reperi adnotatum in libris publicis S. Congregationis tom. 23. post pag. 535.

Nonò nota hic, diligenter inquirens peccatoris circumstantias & peccati: non tantum peccata ipsa, sed etiam illorum circumstantias esse in confessione aperiendas, ut hic & in cap. Dns qui, supra eod. c. Sicut dignum, de homicid. & cap. Consideret de pœnit. dist. 5. Sed insignis est controversia de quibus circumstantiis hoc intelligitur: multum enim existimant esse in confessione exprimentis non tantum circumstantias quæ mutant speciem peccati, sed etiam illas quæ notabilem quantitatem peccati addunt, seu, ut alii explicant quæ notabiliter peccatum aggravant. Cuius sententiæ sunt Altiudorensis, Alexander de Ales, Maritillus, Cajetanus, Victoria, Socus, Suarez & alii. Et ex Canonistis Innocent. hic sub num. 1. hic, cum omnibus, circumstantiis quæ peccatum aggravant, Henrich. Boich. col. 3. in princ. vers. Aut quaris de quinto, post Host. in Summa, hoc tit. §. Qualis debet, sub §. Integra, & Joan. de Friburgo in Summa Confess. eod. tit. qu. 81. Utrum teneantur confiteri, & quæ seq.

Sed contra plerique arbitrantur esse aperienda in con-

Fagnan. in V. Lib. Decretal.

D 4

- 33 Confessor non potest valide absolvere, etiam si prius praesens confessionem audiverit.
- 40 Eucharistia semel tantum in anno, id est in Paschate sumenda est ex necessitate praecipua.
- 41 Communicantes in hebdomada sancta, vel infra octavam Pasche satisfaciunt praecipuo Ecclesiae ex declaratione Eugenii IV.
- 42 Regulares possunt ministrare Eucharistiam intra Dominicam Palmaram, & Dominicam in Albis, sed ita communicantes non satisfaciunt praecipuo Ecclesiae.
- 43 Communicare non licet in ipsa die Resurrectionis de manu Regularium etiam devotionis causa.
- 44 Eucharistiam ad minus in Paschate non sumere est signum haereticis, & mala credentia.
- 45 Episcopus non potest certa tempora praescribere quibus viris conjugatis, negotiatoribus & mulieribus liceat Eucharistiam sumere.
- 46 Paschale tempus ad Eucharistiam suscipiendam potest a proprio Sacerdote ex causa prorogari. Episcopus potest procedere ad excommunicationem in eos, qui negligunt adimplere praecipuum hujus cap. ac elemosinas pro loco applicandas injungere, sed non impedire, ut sibi absolutionem referret ibidem.
- 47 Communicantes quolibet anni die in Insulis Philippinis satisfaciunt praecipuo Ecclesiae.
- 48 Circumstantia notabiliter aggravans an sint in confessione operanda.
- 49 Circumstantia, quae mutant speciem peccati, sunt necessarii exprimenda in confessione.
- 50 Et quae sint ejusmodi circumstantia.
- 51 Confessori an liceat revelare peccatum sine revelatione peccatoris.
- 52 Confiteri quis debet proprio Sacerdoti, non alieno, nisi de proprio licentia petita & obtenta.
- 53 Confessio sacramentalis est actus judicialis.
- 54 Ligari nemo potest, vel absolvi a non suo iudice.
- 55 Sacerdos proprius quis dicatur & n. seq.
- 56 Cura quis sit.
- 57 Confessi Sacerdotibus Regularibus satisfaciunt praecipuo Ecclesiae, nec tenentur iterum confiteri Parochiali Presbitero & n. 73.
- 58 Regulares possunt audire confessiones secularium etiam tempore Paschatis.
- 59 Confessiones secularium etiam Sacerdotum ex Concilio Tridentino nullus Presbiter audire potest, nisi aut parochiale beneficium, aut Episcopi approbationem obtineat.
- 60 Parochi licentia hodie non sufficit, ut quis confiteri possit alieno Sacerdoti non Parocho, aut non approbato.
- 61 Regulares sine licentia Episcopi hodie nequeunt audire Confessiones secularium, etiam si Episcopus sine justa causa licentiam denegaverit.
- 62 Possunt tamen sine Episcopi approbatione audire confessiones suorum subditorum Regularium.
- 63 Item secularium, qui sunt de familia, & continui commensales, non autem deservientium in eorum Monasteriis.
- 64 Tertiaris viris, & mulieribus non possunt Regulares ministrare Sacramenta Penitentiae, vel Eucharistiam in Paschate, Viatici vel extremae Unctionis & n. seq.
- 65 Tertiaris S. Dominici eodem jure censentur cum Tertiaris S. Francisci.
- 66 Tertiariorum non est aliqua Religio, sed modus vivendi a Sede Apostolica approbatus.
- 67 Tertiaris hucipere debent Sacramenta a Parocho, de cujus Parochia existunt.
- 68 Regulares ministrantes Laicis aut Clericis Extremam Unctionem, Eucharistiam, vel Matrimonium sine Pa-

**O**mnis. Famofum est, & clavis in materia Sacramenti Penitentiae. Et quia multa habet dicta, communiter non summat: sed pro aliquo ipsius intellectu sic summat potest secundum Abb. & Mar. Socin.

Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel alteri de ipsius licentia, & Eucharistia Sacramentum ad minus in Pascha recipere. Et sacerdos revelans confessionem, deponendus est, & in Monasterium ad agendum perpetuum penitentiam detrudendus. Dividitur in tres partes principales. Primò statuit de confessione semel in anno faciendi & Eucharistia recipienda, nisi ex causa, & de potestate confessorem, & de publicatione statuti. Secundò, de confessione faciendi ex causa alieno sacerdoti. Tertio, de confessione in tribus, videlicet in circumstantiis inquirendis, & in variis penitentiam imponendis & in peccatis occultandis, & in ultimo panam adicit. Secunda hic, si quis. Tertia hic, si sacerdos.

Nota primò ex principio litterae, tria requiruntur ad hoc, ut

- rochi licentia sunt excommunicati.
- 69 Monachi ad confessiones secularium a suis Abbatibus approbati in locis ubi dicti Abbates utrumque jurisdictionem exercent an possunt audire confessiones consuetum ex aliena Diocesi & n. seq. usque ad n. 78.
- 70 Sacerdos secularis etiam in Diocesi ubi est approbatus non potest audire confessiones consuetum ex Diocesi-bus alienis.
- 71 Consuetudo etiam immemorabilis eligendi sibi Confessorem sine sui Superioris licentia non valet.
- 72 Monachi possunt audire confessiones consuetum ad Diocesi, in quo sunt ab Episcopo approbati.
- 73 Papa potest concedere privilegium audiendi confessiones alterius Diocesi etiam Episcopo invito, & contraria opinio damnatur ut pericula in fide.
- 75 Privilegium sibi eligendi Confessorem in aliena Diocesi, in qua est approbatus ab Ordinario, non est sublatum a Concilio Tridentino.
- 76 Confessores in locis exemptis approbandi sunt ab Episcopo Diocesano.
- 77 Regulares in locis sibi subiectis utramque jurisdictionem exercentes sicut non subjungunt Episcopo in concernentibus curam animarum; ita nec subjungunt eidem quoad examen pro confessionibus audiendis.
- 78 Regulares ab Episcopo approbati cum facultate absolventi a casibus illi reservatis, an possint absolvere consuetum ex aliena Diocesi a reservatis in Diocesi Penitentium duntaxat & n. seq. usque in finem.
- 79 Regulares in Diocesi, in qua sunt approbati, possunt audire confessiones Penitentium etiam alterius Diocesis.
- 80 Excommunicatus a suo Episcopo, non potest absolvi ab alieno.
- 81 Jurisdictio sive voluntaria, sive contentiosa non potest exerceri in non subditum.
- 82 Episcopus etiam quoad suos subditos non potest limitari jurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi.
- 83 Casuum reservatio an afficiat Sacerdotes vel Penitentes.
- 84 Casus reservare quid sit.
- 85 Episcopus non potest concedere suo subdito ut absolvat in aliena Diocesi a Sacerdote jurisdictionem non habente.
- 86 Reservatio actus est localis.
- 87 Decretum Clementis VIII. quoad casuum reservationem subiecit Regulares Episcopo, in cujus Diocesi morantur, non autem alieno.
- 88 Confessorem oportet scire a quibus casibus non possit absolvi.
- 89 Ordinarii debent paucos, & necessarios casus sibi reservare.
- 90 Reservatio causa est etiam sacerdotis imperitia.
- 91 Reservatio unius Episcopi non afficit alium.
- 92 Episcopus, vel delegatus eo potest absolvi penitentem non obstante prohibitione Praelati vel inferioris, vel aequalis.
- 93 Scholares, peregrini & vagabundi absolvi possunt a quolibet Sacerdote approbato a casibus eorum Episcopo reservatis.
- 94 Ibidem sortiuntur forum penitentiale, ubi moram trahunt.
- 95 Consuetudo absolventis consentens a casibus in aliena Diocesi reservatis quoad Sacerdotes seculares an valet.
- 96 Reservatio casuum est strictè accipienda.
- 97 Penitentes, qui in Diocesi, an censentur hoc facere in fraudem reservationis.
- 98 Ordinarii potest Clericis prima tonsura ab Episcopo beneficii etiam tenuissimi.
- 99 Nisi beneficium illud sit in fraudem conferri curaverit.
- 100 Clericus ordinatus post commissum delictum & causam preventam in foro laicali non gaudet fori privilegio.

quis tenetur sacramentaliter confiteri. Primò enim exigitur ut sit fidelis, id est baptizatus: alioquin non est capax Sacramenti Penitentiae, cum Baptismus sit janua & fundamentum omnium Sacramentorum, c. Praeter, §. Verum, 32. dist. c. fin. de Presb. non bapt. Et Ecclesia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipsam per Baptismum januam fuerit ingressus, ut legitur in Decreto Concilii Tridentini sess. 14. de Sacram. Penit. c. 2. Quid enim mihi, inquit Apostol. 1. Corinth. 5. in fine de his qui foris sunt iudicare, c. Multi 2. q. 1. c. Gaudemus de divort. Unde nec ante adventum Christi, Penitentia erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum, ut habetur ead. sess. 14. c. 1. Deinde exigitur ut ad annos discretionis pervenerit, id est ut sit doli capax & sciat discernere inter bonum & malum secundum glossam 1. hic, Host. in princ. & alios communiter, Silvest. in verbo Confessio 2. n. 4. q. 5. Unde infans hac Constitutione non ligatur, c. Bos de consecr. dist. 4. l. 1. C. de fals. mon. secundum Host. & omnes; & idem in furioso &

- mente capto non habente dilucida intervalva, ut per Mar. Soc. n. 13 & 24. Tertio exigitur ut aliquod peccatum actuale commiserit, nam originale deletur per Baptismum in infantibus indistinctè, c. Majoris de Baptism. In adultis vero per contritionem, neque enim ad suscipiendum Baptismum in adultis confessio est necessaria, sed sufficit sola cordis contritio, c. Tres sunt, de poenit. dist. 1. & 6. Omnis qui, de consecr. dist. 4. secundum Host. in summa tit. de Baptism. §. Quis sit effectus. Abb. Antiq. hic n. 2. Joan. Andr. n. 4. Henr. col. 1. ver. Aut quis de tercio & Mar. Soc. n. 17. & hodie patet ex Decreto Concilii Tridentini sess. 14. de Sacram. Penit. c. 1. & ex dictis supra n. 2. Requiritur ergo peccatum actuale, nam lapsus tantum post Baptismum, Sacramentum Penitentiae est ad salutem necessarium, ut nondum regeneratus ipse Baptismus, ut in d. c. 2. sess. 14. Hic enim justificationis modus est lapsus reparatio quam secundum post naufragium deperditur gratis tabulam Sancti Patres aperit nequeuntur, c. Secunda post naufragium, de poenit. dist. 1. Concil. Trid. sess. 6. de just. dist. c. 4. & quidem oportet ut peccatum sit mortale ut confessio sacramentalis sit ad salutem necessaria, nam venialia peccata alius remediis deleri possunt, ut hic in gloss. 1. cum qua transeunt alii.
- 9 Sed ut advertit, quia aueritur an habens peccata venialia duntaxat teneatur illa iure Divino confiteri ad obtinendam justificationem gratiam, & manifestum est non teneri, quia justificatio est translatio a statu peccati ad statum gratiae, ut in praedictis Decretis de justificatione, sess. 6. c. 4. & probat Sanctus Thomas 1. 2. q. 113. art. 6. ad per venialia peccata a gratia Dei non excluditur, c. Quotidiani de poenit. dist. 3. In hac enim mortali vita quantumvis Sancti & iusti in levia saltem & quotidiana, quae etiam venialia dicuntur peccata quandoque cadunt, ut habetur ead. sess. 6. cap. 11. Dominus autem non venit vocare justos, sed peccatores, Joan. 1. c. Libenter, de poenit. dist. 1. Nec est opus valentibus, Medico, sed male habentibus, Math. 9. Luc. 5. c. Ecclesia Christi, eadem dist. Unde August. Ideo, inquit, do tibi penitentiam, quia nescio: si te non esse peccatorem scirem, nihil tibi proferrem, c. si quis autem, de poenit. dist. 7. refer. Collectar. hic n. 13. Quare peccata venialia quamquam recè & vultu citra omnem praesumptionem in confessione dicantur quod puriorum unde demoustrat; taceri tamen citra culpam multis quae alius remediis expiari possunt: quae sunt formalia verba Concilii Tridentini, sess. 14. de Sacram. Penit. c. 5. atque ita non tenentur iure Divino illa confiteri ut justificemur, quia non obligamur de his penitere aut confiteri per quae naufragari non possunt, id est damnari secundum D. Thom. Scotum, Palud. & alios communiter, teile Silvest. in verbo Confessio n. 14. nisi forte dubitetur an aliquod veniale sit mortale, arg. c. si quis autem, de poenit. dist. 7. aut tanto affectu quis esset in illa ut timeret fore ut per illa ad aliquod mortale induceretur, nisi frenum confessionis adhiberet secundum D. Bonavent. in 4. dist. 16. in fin. Silvest. ubi supra, ver. Tenentur tamen & Navar. in man. c. 21. n. 39. aut queritur an habens peccata venialia tantum affirmatur praecipuo positivo Concilii Generalis de confitendo semel in anno, & arbitror aliter, quoniam et si per culpam mortalem justificationem gratiam non amitteret: amen nihil proponitur cur non tenentur praecipuo Ecclesiae obedire cum possit & peccata venialia sunt materia sufficienti ad obtinendam solutionem sacramentalem, ut in d. c. 5. alius esset in potestate cuiusque declinare Ecclesiae praecipuum, asserendo se non habere peccatum mortale; & ita aperiretur via vigentis & hoc edictum redderet elusorium: quod esse non debet, ut dicunt hic Host. n. 22. ver. alioquin daretur via fidentis & Joan. Andr. n. 12. Cum praeterim quilibet Christianus qui saltem semel in anno non confiteri, reddat se suspectum de heresi, ut idem Host. inquit n. 21. & Joan. Andr. n. 3. & Card. in 1. not. Non me latet Innocentium n. 4. in verbo semel, consule hic qui penitentiam eperunt & iterum non peccaverunt mortaliter, ut quavis non sint in peccato, nihilominus semel in anno confiteantur, quia inquit, non debent se nimis affecurare, ut c. Ad ejus, 5. dist. vel hic textus secundum cum loquitur de illis qui peccant, qui ad minus semel in anno confiteri debent. Atque ita Innocentius videtur sentire non esse in praecipuo, sed in consilio, ut qui mortaliter non peccaverunt, semel in anno confiteantur, ut cum eo transit Joannes Andreas n. 6. & fuit opinio Scoti in 4. dist. 17. ubi tenet haberem solam peccata venialia nec vigore hujus Decretalis teneri illa confiteri: imò secundum Petrum de Palde apud Silvest. in verbo Confessio 1. n. 14. Papa non potest talem obligare ad confitendum. Sed nihilominus ad haec res supra dicta distinctione quam postea reperi confiteri cum doctrina D. Thomae in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 3. ait enim Ad confessionem doctè obligamur, una modo ex iure Divino, ex hoc iure quod est medicina; & secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantum qui mortale peccatum incurrun post Baptismum. Alio modo ex praecipuo juri-

positivo; & sic tenentur omnes ex ista Institutione Ecclesiae, edita in Concilio generali sub Innocentio III. tum ut quilibet se peccatorem recognosceret, quia omnes peccaverunt & igitur gratia Dei, tum ut cum majori reverentia ad Eucharistiam accederent, tum ut Ecclesiarum Rectoribus sui subditi innotescant, ne lapsus inter Gregem lateat. Hac ille.

Neque obstat quòd oppositum videatur sentire in 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 3. ad 3. ubi ait: Alii verò dicunt quòd sufficit quòd se representet Sacerdoti & se immunes a peccato mortali ostendat, ut ad communionem admitti possit, praecipuum enim Ecclesiae est ad obligandum illos, quia habent aliqua quae confiteri debeant, cadit enim sub praecipuo magis taxatio temporis quam ipse confessio actus, unde si alicui per gratiam collatum esset, ut ad peccato veniale immunus esset, licet Beate Virgini est collatum, non teneatur ad illud praecipuum; & in praedictis, q. 3. ad 3. dicens. Vel potest dici secundum quosdam, quòd ex Decretali praedicta non obligantur nisi illi qui habent peccata mortalia: quòd patet ex hoc quòd dicit quòd debet omnia peccata confiteri; quòd de venialibus intelligi non potest, quia nullus omnia confiteri potest. Et secundum hoc etiam ille qui non habet mortalia, non tenetur ad confessionem venialium, sed sufficit ad praecipuum Ecclesiae implendum, ut se Sacerdoti representet & se ostendat absque conscientia mortalis esse; & hoc et pro confessione reputatur; & idem innuit ead. dist. 17. quass. 3. art. 3. quass. 3. ad 4.

Id inquam non obstat, quia in omnibus his locis S. Doctor loquitur ex aliorum sententia, ut ostendunt verba illa Alii dicunt, secundum quosdam Ut quidam dicunt, sed in primo loco loquitur ex sententia propria; & cum sequitur: licet locum non allegat, Collectar. hic n. 3. & 6. vel certe videndum Silvest. in verbo Confessio primo, n. 14. hujusmodi opiniones in veritate non sunt contrariae, sed vere, nam opinio Scoti & Paludani intendit ut non teneamur confiteri venialia, scilicet omnia & specialiter & numeraliter; hoc enim esset impossibile. Alia verò opinio intendit ut ratione hujus edicti teneamur illa confiteri in generali dicendo: nos quidem immunes sumus a peccato mortali confitendo conscientiam nostram in multis tamen aliis deliquimus, & petimus absolutionem: & ita salvatur littera hujus Decretalis in ver. Omnia, id est in generali, & haec secundum Silvest. et mens S. Thom. licet videatur solum recitare aliorum Sententias.

Secundò, nota dictionem universalem, Omnis, quae ostendit ad hoc praecipuum neminem profus exulari, dummodo habeat tria requisita, de quibus in praed. notab. argum. c. Si Romanorum, 19. dist. & l. 3. ff. de off. Praef. live sit masculus live femina, live in dignitate constitutus; live privatus, religiosus, clericus vel laicus, Praelatus vel subdignus, pauper vel dives, nobilis vel ignobilis, senex vel juvenis, ut per Henrich. Boich. post princip. Marian. Socin. n. 17.

Querunt Doctores quid in hermaphrodito, Joan. Andr. n. 1. in ver. Sexus, Butt. n. 16. Cardin. & Anchar. in 1. notab. & Socin. n. 17. concludunt teneri, cum in eo vigeat eadem ratio. Adde verbo illa, utriusque sexus, magis proprie verificari in hermaphrodito, quia in aliis intelliguntur distributive, id est sive masculi, sive feminae, ut in hermaphrodito verificantur copulative, cum habeat utrumque sexum. Nec ad rem pertinet in quo femini magis inflectat, juxta l. Quiritur, ff. de stat. homin. quia haec consideratio habetur in Sacramento Ordinis, & Matrimonii duntaxat: nam si incaleceret in sexu femineo, characterem non reciperet, nec posset cum femina Matrimonium contrahere, ut per Silvest. in ver. Hermaphroditus, non autem in aliis Sacramentis, in quibus non admittitur distinctio sexus.

Deinde querunt Doctores an Papa adstringatur huic praecipuo de confitendo semel in anno, & communicando in Paschate. Glossa videtur tenere partem affirmativam in cap. Sanè, il secundo, in ver. terminandum, de off. deleg. dum asserit Papam ligari posse a Sacerdote, cui se subiecit in confessione, Joan. Andr. hic, & latius in c. Significasti, supra de foro competen. dicit mentem hujus constitutionis ligare etiam Papam, cum & ipse peccare possit, c. Si Papa, 40. dist. & Card. in 1. notab. simpliciter dicit hac litteram in ver. Omnis, comprehendere etiam Papam, sed Abb. hic n. 19. & Marian. Socin. n. 17. & seq. putant decisionem hujus quaestiois pendere ab alia, videlicet, an confessio sacramentalis sit de iure divino, necne: in quo recitant opiniones, de quibus per gloss. in summa de poenit. dist. 5. nam quidam tenent confessionem in Paradiso fuisse institutam quando Deus compulsi Adam ad confitendum peccatum. Alii in lege veteri quando Josue praecipit Achor ut crimen fandi confiteretur. Alii fuisse institutam in novo testamento auctoritate Jacobi Apostoli, dicit, confitemini alterutrum peccata vestra. Demum glossa illa concludit fuisse institutam ex generali Constitutione Ecclesiae; & sic de iure positivo;

no. Sed queritur an reservatio obicit regularibus alterius Diocesis quoad subditos reservantis. Id autem pendet ab inspectioe, an actus reservationis afficiat penitentes, an vero Sacerdotes; nam si afficiat penitentes, non poterunt regulares absolvere alterius Diocesis habentes illud vinculum reservationis; quod ubique inheret personae, idque satis patet exemplo excommunicationis quam sibi Episcopus reservavit, quae cum feratur in subditum ejusque animam liget, cap. Si quis Presbiterum de reb. Eccl. non alien. Host. in cap. Romana n. 5. de sent. excomm. lib. 6. Tolli non potest alieno Episcopo, non ob jurisdictionis defectum in sua Diocesi, sed propter obicem in persona excommunicati injectum qui reddit illum incapax absolutionis ab omni alio quam ab alio Episcopo qui sententiam tulit Host. in Summ. de sent. excomm. n. 12. §. Quis possit, & §. Et qualiter Covar. in c. Alma Mater par. 1. §. 12. n. 4. in princ. eodem tit. lib. 6. Doctores in cap. Nuper eodem tit. Si autem actus reservationis non afficiat Sacerdotes, clarum erit reservationem hujusmodi non obitare Confessoribus non subditis Episcopo reservanti, quia si hic actus reservationis sit jurisdictionis contentiose, siue voluntariae; neutro casu ferri potest in non subditum, cap. Ut animarum de Const. in 6. c. Et si Clerici, supra de judic. & cap. A nobis primo de sent. excomm. Et Episcopus etiam quoad suos subditos non posse in hac materia limitare jurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi not. Raimun. in Summ. de penit. & remiss. lib. 3. §. 15. ver. Item proprius Sacerdos Et Card. Zabarell. in d. Clem. Dudum §. Et si idem post n. 2. verj. Et hoc videtur de sep.

Ex his vero quae a scriptoribus traduntur, satis manifestum videtur actum reservationis casum non afficere: nisi personam Sacerdotis confessionem audientis: licet indirecte obicit etiam penitentibus in quorum utilitate institutus fuit juxta Decretum Concilii Trident. sess. 14. de Sacram. Penit. c. 7. de casu reserv. non quod ipsi ex se sint incapaces absolutionis, sed quia Sacerdotem non habent a quo legitime absolvantur.

Qua in re satis erit recensere loca ex quibus educitur casus reservare, nihil aliud esse quam jurisdictionem inferiorum Sacerdotum restringere seu limitare.

Ex primo ita dicitur Specul. in reperi. §. Ut autem scias col. penult. relatus a Stephano de Gaet. in reperi. c. Ad limina, n. 55. q. 1. (Casus ponere, inquit, nihil aliud est quam potestatem Sacerdotum restringere.) Et sequitur Joannes Eriburg. in Summ. Confess. tit. de Confess. & Absol. q. 50. verj. Guillelm. Paul. in clem. Dudum, relatus hic a Card. in §. Si verò num. 8. ubi ait. (Regulares prohibentur absolvere a casibus Episcopo reservatis, non ex defectu potestatis Ordinis, sed ex Ordinatione Canonica jurisdictionis exercitum restringente) & eum sequitur Imol. hic n. 69. verj. Patetur tamen.

Joannes Monachus in eadem Clementina, relatus per gloss. in §. Per hujusmodi in verbo Concessa. Sicut, inquit, Episcopus casus sibi reservando, potest arctare potestatem Ordinarium Curatorum, ita etiam extraordinariam Regularium.

Guillelmus de Monte Laudun. in Sacramentali in verbo De Baptismo, col. 3. Possunt Superiores inferiorum Presbiterorum potestatem restringere subtrahendo & casus sibi reservando, quem sequitur Stephanus de Gaet. in reperi. d. c. Ad limina n. 359. verj. Et licet tanta virtutis; & Beatus Anton. in Summ. par. 2. tit. 17. c. 11. col. 3. Vital. in d. §. Per hujusmodi n. 8. In reservatione, inquit, potest Episcopus potestatem Curatorum ordinariam restringere; & hic n. 7. pluribus probat reservationem Episcopi obitare quidem Curatis, quominus absolvere possint, sed non Regularibus secundum formam dicitur Clement. Quod planè verum non esset, si reservatio afficeret penitentes, quia tunc etiam in ad Regulares confugeret, esset incapax absolutionis. Silvest. in verbo casus sub n. 3. verj. Hac ille valde bene dicens, Sacerdotalis clavis omnia crimina potest absolvere, nisi ipsa à superiori Prelato quantum ad usum ligetur. Navar. in Manual. c. 27. n. 259. Casus, inquit, reservatus dicitur cujus absolutio admittitur inferiori Sacerdoti.

Atque ex his patet reservationem, ut initio diximus, nihil esse aliud quam limitationem jurisdictionis in inferiori Sacerdote.

Id quod ratione etiam suaderi potest, nam etsi Presbiteri in sua Ordinatione à peccatis absolvendi potestatem accipiant, ut in Decreto Concilii Trident. cap. 15. in princ. sess. 23. Illam tamen accipiant in habitu tantum, non autem in actu, sed quantum ad usum. In Institutione vero seu collatione beneficii Curati tribuitur eis executio illius potestatis: textus est apertus in c. Generaliter, §. Ecce sufficienter & in c. seq. 16. q. 1. & notat Abb. in c. Extrapanda, §. Qui verò n. 53. supra de prob. & Praepos. in c. Latorem, n. 17. verj. Panormitanus verò 1. q. 1. & hodie executionem illius potestatis seu jurisdictionem in actu accipiunt Presbiteri, vel cum Parochiale beneficium obtinent, vel cum ab Episcopo ad con-

fessiones audiendas approbantur, ut est expressum in d. c. 15. sess. 23. & ita quilibet Sacerdos Curatus vel approbatus potest ab omnibus casibus generaliter & indistinctè absolvere. Sed ab hac generali regula excipiuntur casus quos Superior sibi retinuit seu reservavit, ut in c. Nuper, supra de sent. excomm. & in d. c. 7. de casum reservat. Ergo per reservationem quantum ad usum limitatur generalis illa Sacerdotum potestas ad absolvendum, hac enim est natura exceptionis ut regulam restringat & vitiet in casibus exceptis, l. 1. ff. de reg. jur. l. In his, l. Quod verò & l. Jus singulare, ff. de leg. cum similib. & consequenter actus reservationis principaliter & directè non afficit nisi Sacerdotes quorum potestas restringitur; & inde fit ut in dicta clement. Dudum, §. Per hujusmodi de sepult. in Extravag. Benedicti XI. Inter cunctas, §. Sicut de privill. & in Decreto Clementis VIII. prohibito absolutionis à reservatis, non in penitentes, sed in Confessores derogatur. Ad idem d. c. Nuper, verj. Quia tamen conditor & d. c. 2. de penit. & remiss. lib. 6.

Ex his consequitur, ut actus reservationis minimè afficiat Regulares extra Diocesim Episcopi reservantis, cum ut initio diximus, nequeat Episcopus, etiam quoad suos subditos, limitare jurisdictionem Sacerdotis sibi non subditi.

Secundò, non potest Episcopus concedere, ut suis subditus absolvatur in aia Diocesi à Sacerdote qui à suo Episcopo jurisdictionem non habet, ut hic notat glossa communiter approbata in verbo Alieno Sacerdoti in clem. 1. de privileg. & utrobique notat Abbas, ergo nec potest prohibere quominus suis subditis absolvatur in aliena Diocesi à Sacerdote à tuo Episcopo jurisdictionem habente, ex regula 1. Nemo qui condemnare, ff. de reg. jur. & c. Non potest supra de re judic.

Tertiò, actus reservationis est localis & restrictus ad suam 86 cujusque Episcopi Diocesim ex Decreto d. c. 7. sess. 14. de casum reserv. hic. Nec dubitandum est quin hoc idem Episcopi omnibus in sua cujusque Diocesi liceat. Ergo non extenditur ad Regulares degentes extra Diocesim Episcopi reservantis; & quamvis Decretum Clementis quoad Regulares sustulerit privilegia & exemptiones quacumque, non tamen fecit ut subicerentur Episcopo, qui etiam cessante exemptione eidem subditi non erant, neque enim prodiit ad ampliationem, sed ad declarationem Concilii; idèque non subiecit Episcopo reservanti Sacerdotes alterius Diocesis, quos nec Concilium subiecit, ac propterea impedit solam quominus Regulares possint solvere à reservatis Episcopo in cujus Diocesi morantur, sed non à reservatis alieno cui non subdiciuntur.

Quartò, non est dubium quin Regulares possint absolvere à casibus reservatis de Episcopi licentia. Pone ergò subditum Episcopi reservantis reperiri in aliena Diocesi atque habere casus aliquot reservatos quos necesse h. beant confiteri. Quero cujus Episcopi licentia sit requirenda, ut Sacerdos à dictis casibus absolvere valeat. Non Episcopi in cujus Diocesi penitens reperitur, quia i. se ut supponimus, eos casus non reservavit, c. Verbum de penit. dist. 1. c. Cum inferior de major. & obed. Feder. de Sen. conf. 14. Monach. n. 4. verj. In secunda quest. Item non Episcopi reservantis, quia non potest licentiarie Sacerdotes non subditos ad confessiones suorum subditorum audiendas, secundum glossam hic in verbo Alieno Sacerdoti, quae communiter recipitur. Ergò nullius Episcopi licentia requiritur, ac proinde licet Regularibus à predictis casibus absolvere, quocumque Episcopo inconsulto, ne aliquin penitentes necessariò careant beneficio absolutionis.

Quibus accedit quòd esset nimis grave indistinctè penitentes remittere ad Episcopum reservantem, nunquid enim Italus in Galliam aut Germaniam profectus, rejici debeat ad suum Ordinarium, pro absolutione à reservatis obtinenda?

Quintò, si Regulares non possent absolvere penitentem à casibus in aliena Diocesi reservatis, tenerent habere notitiam casuum illic reservatorum, oportet enim scire Sacerdotem à quibus casibus absolvere non possit, clement. Religijsi de privill. Silvest. in verbo Confessor 3. n. 2. Tolet. in infract. Sacerd. lib. 3. c. 15. verj. Tertio. Sed consequens est absurdum, quia impossibile est ut Sacerdotes noverint casus ubique locorum reservatos. Ergò & antecessens, praesertim verò quòd ex eodem Decreto Clementis locorum Ordinarium jubentur paucos tantum & necessarios sibi reservare, ne subditis aut Confessoribus in animarum salute procuranda sint onerosi.

Sextò, inter alias causas ob quas Episcopi casus sibi reservant, una est Sacerdotum imperitia propter quam in arduis casibus volunt ad se habere recursum, ut post Laud. inquit Stephan. de Gaeta in d. reperi. c. Ad limina n. 359. verj. Quare autem. Hac autem ratio potest non vigere in ea Diocesi ad quam penitens non divertit: ergò illic non habebit locum reservatio ex defectu non solum potestatis, verum etiam

etiam voluntatis reservantis. Neque enim est verisimile, ut exempli gratia Episcopus Cattaren. qui forte casus graviores sibi reservavit ob ruditatem Sacerdotum illius Diocesis, intendat hujusmodi reservationem efficere etiam Sacerdotes in Urbe aut Mediolani ad confessiones audiendas cum facultate casuum reservatorum approbator.

Septimò, ex Decreto Clementis Episcopus non prohibetur absolvere penitentem alterius Diocesis à casibus illic reservatis, quia unius Episcopi reservatio ex defectu jurisdictionis non afficit alium, tolet. infract. Sacerd. lib. 3. c. 14. ergo nec debet censei prohibitus Regularis ab Episcopo delegatus ad casus Episcopales, nam sicut Episcopus non habet in alium Episcopum jurisdictionem, ita nec in delegatum ab eo. Ideòque Silvest. in verbo Confessor 2. n. 4. verj. Secundus est, docuit eum cui hujusmodi facultas absolvendi committitur, posse absolvere contra prohibitionem alterius Prelati vel inferioris vel aequalis.

Octavò, quilibet Sacerdos approbatus potest absolvere peregrinos, scholares & vagabundos à casibus reservatis ab illorum Episcopis, gloss. ad Sum. Rayman. de penit. & remiss. §. 15. in verbo longum, Cajet. in Sum. verb. Absolutio c. 3. ubi testatur Eugenium Papam ita ore expressisse, licet hujusmodi viatores abique licentia proprii Sacerdotis viam facerent; & sequitur Tolet. infract. Sacerd. lib. 3. c. 23. n. 7. verj. Tertius casus. Id autem nulla alià ratione procedit, nisi quia scholares & alii supra dicti sortiuntur forum penitentiale ubi moram trahunt, gloss. in clem. 2. in verbo Presbiteri de privill. quom dicit notandum Card. n. 8. & tradunt Doctores proxime relati. Sed ratio eadem quae in scholasticis & peregrinis militat respectu omnium Sacerdotum, viget etiam in aliis omnibus respectu Regularium, quia illis tanquam Delegatis Sedis Apostolicæ similiter subdiciuntur penitentes ex alienis Diocesis convolantes; & illorum forum sortiuntur, ut jam censuit Sacra Congregatio. Ergò sicut reservatio Episcopi non obstat peregrinis, quominus absolvi possint à Sacerdotibus approbatis ab Episcopo in cujus Diocesi reperitur, ita etiam non obstat ceteris aliis, quominus absolvi possint à Regularibus similiter approbatis ab Episcopo in cujus Diocesi morantur.

Postremò hac sententiam probavit in specie Navar. conf. 21. de penit. & remiss. & in man. c. 27. n. 261. verj. Ad questionem, ubi etiam respondit non modo Regularem, sed etiam Parochum habentem facultatem absolvendi à casibus reservatis Episcopo suo, posse absolvere penitentem alterius Episcopatus. Atque hic etiam asserit ita se habere consuetudinem: nunquam enim, inquit, intellexit illum Confessorem legitimum cui esset predicta facultas remissive quem ad Episcopum alterius Episcopatus; & consuetudo ampliare potest jurisdictionem: imò & dare non habenti, c. Duo simul cum gloss. de offic. Ordin. eandem opinionem secutus est Tolet. infract. Sacerd. lib. 3. ca. 5. in fin. Jacob. Graff. dec. Can. part. 1. lib. 1. cap. 13. num. 48. Henric. lib. 3. de penit. Sacram. cap. 8. §. 5. & cap. 14. §. 8. & nonnulli alii ex recentioribus, qui omnes similiter testantur ita observari ex consuetudine.

Quae tamen opinio quoad Sacerdotes seculares maximam patitur difficultatem: imò vera non videtur, quia nulla potest consuetudine introduci, quod aliquis praeter sui Superioris licentiam confessorum sibi eligere valeat qui eum possit solvere vel ligare: quae sunt formalia verba textus in c. 2. §. Nulla quoque de penit. & remiss. lib. 6. ubi glossa in verbo Confess.

reddat rationem cur hujusmodi consuetudo non valeat, quia inquit, esset onerosa Ecclesiae, c. 2. de Confess. & ex ea frangitur Ecclesiastica disciplina nervus, c. Cum venerabilis eod. tit. & etiam esset contra obedientiam Principi praescribere, c. cum non liceat de praescrip. quod procedit etiam consuetudo esset immemorabilis, ut in d. c. 2. adnotantur Gemin. col. 1. verj. Tertio nota.

Et cum d. textus non simpliciter tollat consuetudinem, si dicat nullam posse consuetudinem introduci, atque ita resistat principi introductionis illius per ea verba reprobandum ac tollitur tam praeterita quam futura consuetudo secundum communem Canonistarum opinionem in c. Uni, de Cler. non resid. in 6. & patet ex quampluribus congettis à Tirac. in prom. de utroque retract. n. 17. & seq. Sed quia haec questio non est praesentis indaginis, in ea diutius immorandum non duximus: satis est quod pertinet ad dubium de quo nunc agitur Regulares in ea Diocesi in qua sunt approbati, posse absolvere consuetudine etiam à casibus in aliena Diocesi reservatis; in hoc enim plus operatur Apostolicum privilegium quam consuetudo, ut patet in c. fin. hoc tit. & in Extravag. Vas electionis de haeret. ubi damnatur error Joannis de Polacco asserentis Summum Pontificem non posse concedere Regularibus generale privilegium audiendi confessiones sine licentia proprii Sacerdotis quem dicebant esse Parochialem Curatum.

In dubiis autem favendum est absolutioni, quia reservatio est strictè intelligenda; & ut minus ledat facultatem Regularium quam fieri possit, Vital. in d. clem. Dudum, §. Per hujusmodi n. 7. de sepult.

Nec obstat quòd in fraudem reservationis sepe penitentes confluant ad propinquas Dioceses pro absolutione impetranda. Nam respondetur hanc objectionem petere principium, quia si licet penitenti confiteri reservata in aliena Diocesi: ergò nullam fraudem committit confitendo, neque enim videtur dolo facere, cum jure suo utatur, ut in regula Digetorum Nullus, nam ut ait Ulpianus in l. Injuriarum, §. 1. ff. de injur. Is qui jure publico utitur, non dicitur injuriam faciendae causae hoc facere, juris enim executio non habet injuriam. Praeterea quòd posset fieri decilio cum limitatione, dummodo id non fiat in fraudem reservationis; idque veris ac tutius videtur exemplo Clerici primae tonsurae qui beneficium obtinet in aliena Diocesi, nam etsi promoveri possit ad minores Ordines ab Episcopo beneficii quantumvis tenuissimi ad praescriptum, c. cum nullus de temp. Ordin. lib. 6. tamen si illud beneficium sibi in fraudem conferri curaverit, ut eludat examen ac iudicium sui Ordinarii, censetur male promotus & remanet suspensus ab executione Ordinum tanquam ordinatus à non suo Episcopo, juxta c. 8. sess. 23. ut S. Congregatio declaravit, quae idem etiam respondit in laico ordinato post commissum delictum, nam quamvis crimen non habens censuram annexam, si de illo penitentiam egerit, non impedit illius promotionem, ut notatur per Doctores in c. si pro Clericis de prob. in 6. tamen si promoveri se fecerit in fraudem iudicis laici, ut quia causa est praeventa in Curia seculari, in ea causa fori privilegio non gaudet. In quo Sacra Congregatio secuta est opinionem Joan. Andr. quae communis est in cap. unico de oblig. ad ratios. & in hac materia cavendum esse ne quid fiat in fraudem vel praesudicium proprii Sacerdotis, advertit Silvest. in verbo Confess. 1. n. 10. verj. Nisi forte sit Episcopo reservatum.